Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



3

Credo Dic. Offertorium Tui sunt celi et tua est terra
orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti iustitiam
et iudicium paratio sedis tue. Secreta Oblata domine
munera nova unigeniti tui natiuitate sancti
fica: nosque per hec apostolorum nostrorum maculis e
munda. Per eundem dominum nostrum. Prefatio de natiuitate
Infra actionem Communicantes et diem sacratissimam
celebrantes. quam beate marie intemerata virgi
nitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et memo
riam venerantes imprimis eiusdem gloriose semper virgis
marie genitricis dei et domini nostri ihu xpi. Sed et
beatorum apostolorum Communicantes Viderunt omnes fines terre sa
lutare dei nostri Deus Postcommunio Oratio quesumus omnipotens deus. ut
natus hodie saluator mundi. sicut diuinitate nobis gratia
cionis est auctor. ita et in mortalitatis sit ipse
largitor Qui tecum. In Epyphania Introitus
Ecce aduenit dominator dominus et regnum in
manu eius et potestas et imperium Ps
Deus iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis
Deus qui hodierna die unigenitum tuum
gentibus stella duce reuelasti: detur Collecta
Presta: ut qui iam te ex fide cognouimus usque ad te
planda spem tue celsitudinis perducamur. Per eum.